



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

69 Suspicionis causa admissa, ad Sedem Apostolicam spectat discernere,  
cui causa sit committenda, illamque sibi bene viso committere potest.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

tur, sed datur adjunctis, ut testatur Rota eadem decis. 3. nu. 6. nisi magna urgeat causa suspitionis, quo causæ etiam quandoque à Signatura, tam justitiæ, quàm gratiæ ab Ordinarijs avocantur, & alijs iudicibus etiam in Rota in prima instantia attenda causæ gravitate committuntur, ut per Sac. Conc. eod. c. 20. §. ab his.

69 Metropolitani ¶ verò & Sedis Apostolicæ Legati, vel Nuncijs non possunt recipere, neque admittere huiusmodi appellationes, quia cognitio suspitionis, & an causa sit committenda, hoc casu est Sedi Apostolicæ specialiter reservata, ut in eo. cap. super questionum, in fin. & de stylo curiæ Romanæ committuntur à Signatura ex supra deductis, stylus enim curiæ facit ius. Rota decis. 16. de consuet. in antiq. & Felyn. in cap. ex litteris. num. 4. de constit. cum e 70  
 ex causa allegatæ suspitionis interposita non sit diffinitiva, sed interlocutoria Abb. in eod. cap. cum speciali. §. porro. numer. 9. de appell. de ea Metropolitani, aut alij Prælati superiores cognoscere non possunt, 71  
 obstante facto conc. Trident. eod. cap. 20. & specialiter in curia Romana cui est reservata, per Signaturam cognosci debet. Ex supra allegatis. Et ita de præsentis anno. 1640. post superius per me scripta, cum, uti vicarius generalis Archiepiscopi Bonnoniensis in quadam causa coram me prima instantia pendente fuisset suspectus allegatus, ac, uti suspectus recusatus, interposita etiam appellatione à prætensis gravaminibus ante diffinitivam, ut prætendebatur, passis. Appellationem ipsam, ac suspitionem, ut illegitime allegatam, ac interpositam, minime admisi, sed omnino rejeci. Habito propterea per appellantes

recursu ad tunc temporis Legati Bononiæ Vices gerente, cum ab eodem prætentiæ suspitionis, & appellationis prætextu commissionem extorsissent, & illius vigore subreptitio, ac obreptitio causam generalis ejus curiæ auditori committi obtinissent; decretis, & relaxatis ab eodem pro causæ huiusmodi advocatiōe, litteris illis parere nolui. Ideò demum habito per eosdem appellantes recursu ad sacram consultam, & deinde ad Signaturam in Romana curia, eadem prætentiæ suspitionis, & appellationis causa in civitate Bonon. ut dictum est, admissa, in nulla fuit habita consideratione. Sed ex integro Romanæ in Signatura justitiæ tractata, & discussa fuit. In his enim casibus ex causa Ordinario, ut supra, datur adjunctus.

70 Regulariter enim causæ ¶ omnes ad forum ecclesiasticum spectantes, coram Ordinarijs locorum in prima instantia cognosci debent, & infra biennium sunt terminandæ conc. Trid. eod. cap. 20. de refer. sess. 24. Et concilium tribuens Ordinarijs locorum in prima instantia ¶ cognitionem causarum ad forum ecclesiasticum pertinentium, de Episcopis, & exemptis Episcopalem jurisdictionem habentibus tantum decrevit, non autem de Prælatibus inferioribus, qui subsunt Episcopis, veluti de archipresbyteris, plebanis, & alijs inferioribus, qui etiam in eorum beneficijs Ordinarij dici possunt, ut in d. c. de quibus concilium non egit, ut declaravit sacra congregatio in decis. super eod. cap. in §. an hoc decretum privative. Si verò ¶ causa intra biennium non terminetur, & non stetit per ordinarium, quominus intra dictum tempus causam diffinierit, sed ob gravitatem, & qualitatem causæ, vel partium cavillationes